& IV. Mamerci ducis Italici profligatio cap. II. §. 4. *Adjuncta* abſolvuntur (1) *animi moderatione* c. III. §. 4, 5: (2) *politicâ prudentiâ* §. 5, 6. (3) *patientiâ* & *tolerantiâ*, quam exhibuit & in *malis corporis* ſuſtinendis c. IV. §. 1. & in dandis *conſiliis* §. 2. & in perferendis *injuriis* c. V. §. 2, 3: (4) *veracitate, modeſtiâ* & *pietate* c. IV. §. 2-4: (5) fati ſingularitate ſeu *felicitate* c. V: §. 1. (6) *ſepulturæ excellentiâ* & *celebritate* §. 4.

Reges. Recenſuit poſt Concluſionem generalem (1) *quinq; Regg.* celebriores Perſiæ c. I. (2) *duos* Macedoniæ c. II, §. 1. (3) *unum* Epirotarum, ibid. (4) *unum* Siciliæ §. 2, 3: (5) *multos* ex amicis Alexandri M. qui in Aſiâ, Africâ & Europa rerum potiti ſunt c. III.

Hamilcar. Hujus res geſtæ diſtingui poſſunt à diverſitate *locorum*, in quib. habuit expeditiones bellicas, utpote (1) in *Siciliâ* c. I. (2) *Carthagine* in patriâ, atq; ſic in tota *Africâ* c. II. (3) in *Hiſpaniâ* c. III, IV. ubi varia inſperguntur adjuncta, nempe *vitæ finis* & *genus mortis*.

Hannibal. Poſtquam Autor pluribus præfatus eſt cap. I. & II. de ingenti *Hannibalis* in Romanos *odio*, recenſet deinde ejus contra eosd. *res geſtas* (1) cùm eſſet Imperator Carthaginienſium c. III-VI. cùm eſſet Prætor domi c. VII. (3) cùm eſſet apud Antiochum c. IIX, IX. (4) cùm eſſet apud Pruſiam c. X, XI. ubi ſemper contra Romanos bella geſſit (5) vitæ ejus finem ſubnectit c. XII, XIII.

Cato. M. Porcius Cato deſcribitur I. *à natalibus* c. I. §. 1. II. *à Promotoribus* ibid. III. ab *Actionibus* & *togatis*, ibid. & §. 4. cap. II, cap. III. §. 1-4: & *ſagatis* ſeu militaribus c. I. §. 2, 3: quibus Cornelius præciſionem ſubjungit c. III. §. 5.

T. Pomponius Atticus. Vita Attici eſt perpetua laudatio juxta genus Demonſtrativum, & quoad vitæ *Ingreſſum* c. I. & *Progreſſum* c. II-XX. & *Egreſſum* capp. reliquis duobus. In cap. I. *natales* ejus *pueritia* & *indoles* narrantur. Medium membrum commodè diſpeſcitur in partes generales *duas*, pro locorum ratione, in quibus vixit, nempe *Athenis* capp. 2, 3, 4: & *Romæ* capp. ſeqq: Athenis inter ceteras virtutes præſertim *liberalitatem* exercuit c. 2, *magnanimitatem* c. 3. ſummam *prudentiam, ſcientiam* & *eloquentiam*, ibid. et c. 4. quod illuſtratur à duplici effectu, & Syllæ & Athenienſium in ipſum ſummâ benevolentia. Romæ viven

deſcri-